Pels

Epis

[illegible]

sive

Ieremtalmudi

Pels

Epistola
החלוץ
מכתב
sive
…talmudicam…

ISAACI
profeſſoris publici & ſchola
EPIST
התלמוד
ſive
CLAVEM TAL
urgens
rabbinicasque ſimul
N. T. locutiones
qua
ad
EXAMEN VERNU
programmati
ILLUSTRISSIMOS C
DOMINOS C
ut et
venerabiles atque
NOSTRÆ HUJUS
vna cum
omnibus & ſingulis Muſarum
ſubmiſſe, officio
invitat.

BUDIN
Typis Regeli

ci Pels,
scholæ Budingensis rectoris,
stola
מפתח ה
sive
talmudicam
urgens,
imul & pure Græcas
iones contendens,
qua
ad
rnum MDCCXXVI
ammatis loco,
s celsissimosque
s comites,
ut et
atque amplissimos
us D. proceres,
yna cum
usarum Budingensium patronis
, officiose, amice
invitat.

dingæ
Regelinianis.

PRÆFATIO.

EN tibi benevole lector epistolam, quam A. M DCC XIII. ad cl. Basbuysium, s. s. theologiæ doctorem & professorem, tunc temporis quidem Hanoviensem, jam Servestanum, exaravi privatim, & is post neque ita multo clavi suæ talmudicæ, præter omnem spem atque expectationem nostram, inseruit, nunc autem rogatu hortatuque viri cujusdam eruditi & percelebris, qui legit illam, seorsim edo, notis variis philologicis aliisque, quæ lucem ipsi foenerantur, auctam. Præcedit itaque illa promissam partem secundam dissertationis nostræ de mysterio trinitatis Adamo in statu integritatis, non ratione, sed revelatione cognito: sequetur vero hæc, deo volente, futuro examine autumnali citiusve, & quidem a) κατ’ αρσιν, b) κατα θεσιν. Tu interim candide lector vale, studiisque nostris scholasticis qualibuscunque fave, inprimis vero laborem hunc, maxima ex parte juvenilem, serena fronte accipe. Si non ingratum tibi sentiemus esse, quod in eo cum viris celeberrimis disserimus de stilo novi testamenti, mixto & ex Hebraicis rabbinicisque pariter ac pure Græcis locutionibus contexto (quia scriptores sacri origine fuerunt Hebræi, ad quos vero, quibusque scripserunt, & inter quos versati sunt, Judæi non tantum sed & Græci) facile induci nos patiemur, integram de eo dissertationem elucubrare, & ex nostra aliorumque observatione Hebraismos indicare, qui perperam multis Græcæ linguæ patronis videntur Græcismi, & contra Græcismos, quos minus recte pro Hebraismis aut rabbinismis venditant οι φιλεβραιοι. Tu iterum vale & amore tuo nos complectere. Scribebam Budingæ, prid. Non. April. M DCC XXVI.

VIRO

VIRO
admodum reverendo, clarissimo doctissimoque
D.
HENRICO JACOBO van BASHUYSEN,
s. s. theologiæ doctori & professori celeberrimo,
salutem dicit plurimam
ISAACUS PELS,
s. s. theologiæ & linguarum cultor.

Biennium jam labitur vir clarissime, ex quo edita abs te est inque meum conspectum (*a*) venit epistola, qua orbi literario elegantis simul ac correctæ editionis, (*b*) trium celebriorum inter rabbinos tractatuum (quos uno nomine ad celeberrimi l'Empereur exemplum *clavem studii talmudici* adpellas, quod ignaris utplurimum bonæ methodi tyronibus ad latissimum illius scientiæ campum *januam* quasi *aper-*

A 2 *turi*

(*a*) *venit.* Marburgi Cattorum, ubi tunc temporis commorabar, studiaque academica formabam, sub viris celeberrimis doctissimisque Othone, Hottingero, Kirchmaiero, Harschero, quorum summam in nobis excolendis fidem & diligentiam non possumus non hic grata memoria prosequi, iisque post Deum tribuere, si qui sunt in bonis artibus & linguis, quos fecimus profectus. Obiit vero ab illo tempore ex his primus clar. Otho: sed in vivis floreque adhuc sunt (faxit Deus ut porro sint per annos plurimos) tres posteriores & clar. quidem Kirchmajer adhuc Marburgi, clar. Hottinger vero Heidelbergæ, & clar. Harscher Basileæ in patria.

(*b*) *trium.* 1) Rabbi Josuæ Levitæ הליכות עולם & R. Samue-

turi sint,) spem injicis salivamque moves, eo majorem, quo pauciora nunc eorum prostant exemplaria, neque tamen minus illos curiosæ antiquitates commendant, quam solidæ eruditissimorum virorum interpretationes illustrant. Consilium, meo quidem & doctiorum judicio, uti salutare in se & perutile, ita lyceo nostro patrio tam honorificum, quam quod honorificentissimum. Etenim quum jam longo ab hinc tempore ejuscemodi clavis a viris in eo litterarum genere versatissimis vehementer desiderata sit expetitaque; gloriæ itaque nobis & magno decori futurum arbitror, si tam sollicitis eruditorum votis nostra schola satisfaciat, & quidquid pulcri hujus fœtus est, in lucem edat. Quod dum ita se habet, dici certe non potest, vir clar. quo gaudio meum pectus perfusum sit, qua delinitum lætitia, cum institutum tuum hoc inter tot tantasque occupationes, quæ te habent & in diversum trahunt, ex epistola illa intelligerem. Namque quum fidelem me & studiosum profitear civem Athenæi hujus nostri, cujus amicus sinus me tamdiu nutrivit, atque, ut spero, suo tempore (*c*) recreabit; nihil certe huic, quod sciam, accidit gloriosum, quin suave simul mihi sit & multis modis jucundum. Ast vero quanta tunc mea fuit lætitia: tanta nunc contra est, quæ me pungit, & discruciat sollicitudo, ubi ne manum quidem adhuc operi admotam video.

Quan-

lis מבוא הגמרא cum versione & præfatione l'Empereur. 2.) R. Eliakim Panzii מפתח הגמרא cum versione & notis Ritmeieri. 3.) R. Mosche סוגיות התלמוד cum versione notisque propriis.

(*c*) *recreabit.* Non fefellit nos hæc spes, quandoquidem nobis non multo post, quam hanc exaravimus epistolam, ab amplissimis & venerabilibus Athenæi illius proceribus publ. & ordin. mathematum professio conlata est, qua quidem insigni benevolentia cum id primum consecuti simus, ut non aliis tantum prodesse, sed & ipsi docendo discere potuerimus; merito illam quoque hic grato agnoscimus animo, & agnoscemus, quoad supererimus.

Quanquam enim te nec a priori diligentia tua, nec ab inserviendi flagrantissimo, quo olim ferebaris, studio defecisse scio; tamen quum alia atque alia impedimenta laudabilissimos sæpe doctorum conatus supprimant, ne forte fatum quod simile hæc tua experta sit clavis, mirum in modum vereor. Atque ipsa hæc est ratio, vir clar. quæ me potissimum induxit, cur litteris meis, quarum facultatem a multis annis humanitate tua videor nactus esse, audacius in præsentia tibi obstrepam. Scilicet ubi tam utilem & honestum suffocari laborem, nefas atque injurium putarem; operam itaque meam non male credidi conlocatum iri, si ad illum e vestigio suscipiendum te pro virili adhortarer incitaremque. Quod certe eo cupidius facio, quo doctiores me celebrioresque (*d*) philologi quidam, qui aditum tuum mihi norunt minime interclusum esse, haud ita diu rogarunt & obtestati sunt, ut, qua possem, industria prospicerem caveremque, ne opusculum sibi adeo probatum frustra tu diutius paterere expectatum iri. Atque huic ipsi virorum clarissimorum desiderio, quod præcepti mihi instar est, dum gratificari jam & obsequi adgredior; officio me meo recte abundeque defun-

(*d*) *philologi.* Fuerat unus ex illis celeb. Otho, professor poëseos & orient. lingg. Marburgensis, præceptor noster, ut modo diximus, æternum colendus, qui diversas litteras, in hac causa ad nos dedit Marburgo. Erat enim beato viro ut omnium studiorum, ita philologici inprimis & linguarum propagatio adeo & curæ & cordi, ut theologastros vocaret illos omnes, qui plane nullam criticæ & philologiæ dabant operam. Quam exercitatus vero ipse fuerit in eodem litterarum genere, testes sunt omni exceptione majores grammaticæ ipsius institutiones, Samaritanæ, Arabicæ, Rabbinicæ, Persicæ, Æthiopicæ; sed & testes sunt plurimæ eæque pereruditæ, quas edidit disputationes, orationes, programmata, inprimis vero tres illæ quatuorve, quas septuagenarius elucubravit dissertationes de *accentuatione textus Hebræi sacri.*

ctum puto, si vel unicam de multis, quas viri clar. reddunt, causam subjunxero atque enarravero. Nosti vir doctissime, quam pauci inter sacrarum litterarum cultores sint, qui ad studium talmudicum, vel (*e*) obiter adjiciunt animum: sed nec te fugit, pauciores esse, qui, quo id commode tractari possit modo, perspectum habent: paucissimos vero scis eos esse, qui a subsidiis huc necessariis satis sunt instructi. Atque hoc dum commune quoddam est, in scholis præcipue Germanicis, malum; jam diu viri clarissimi de remedio aliquo cogitandum censuerunt, quod variorum studii hujus amatorum & diligentiam exacueret & imperitiam sublevaret, & rei domi angustæ opitularetur. Tale vero felix atque efficax remedium ubi inter alia aliorum molimina, clavem quoque tuam ex ea, quam fecisti, descriptione futuram, principemque locum facile obtenturam credunt, quod tres complexura sit tractatus, qui viam tyronibus ad dulcissimos hujus scientiæ fontes sternent, neque tamen ita magno constabunt pretio, junctim editi; mirum igitur non videbitur tibi vir celeberrime, cur tam anxie & sollicite illam abs te expectent. Quod vero quum ita sit, age itaque operi te sine longiori mora (*f*) accin-

(*e*) *obiter.* Causam hujus rei si interroges eos, respondent illico, *non est de pane lucrando*, anxii parum & solliciti, utrum non de codice sacro sit intelligendo. Plerique officio suo se satisfecisse arbitrantur, si radicem Hebrææ linguæ evolvere queant, novumque testamentum Græcum exponere mediocriter. Imo innumeri pro rostris sacris stare non dubitant, qui ne Hebraica quidem didicerunt legere, in Græcis autem vix grammaticam formare sciunt analysin. Hinc nimirum miserabilis illa & nunquam satis deploranda ecclesiæ facies. Quid enim obsecro divinas scripturas explicent, & animis aliorum adplicent, qui sacrarum, quibus consignatæ sunt, linguarum vel plane rudes, vel non satis periti, vel osores etiam sunt contemtoresque?

(*f*) *accinge.* Accinxit se operi vir clar. non multo post & edidit

cinge, neque ſpem tam illuſtrium doctrina & fama virorum diutius committe fruſtratum iri. Malevoli ſi qui ſint fortaſſis, qui conſilium iſtud tuum damnabunt, laboremque cavillabuntur: qualis olim Montacutius fuit, qui rabbinico enthuſiasmate adflatos vocabat, quotquot aliquam talmudico ſtudio adhibebant operam; nihil eſt quod moreris (g) eos, aut extimeſcas. Satis enim illud hominum genus depexum, atque exploſum eſt a clar. Rittmeiero, cui communes tecum querelæ ſunt in doctiſſimo proemio ad מפתח הגמרא ſive clavem gemaricam, (quæ clavis tuæ ſecundam continet partem,) ubi frigidas ridiculasque objectiones iniquiorum ſtudii rabbinici cenſorum ſolide non minus, quam erudite refellit. Aliter de te & inſtituto tuo, crede mihi, ſentient cordati omnes ac ſapientes viri, qui, ut magni Buxtorfii verba mea hic faciam, haud ignorant: *quam multa adhuc in talmude ſint theologica ſana, quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Majemon alicubi loquitur, involuta: quam multa ſint fida antiquitatis Judaicæ collapſa quaſi rudera & veſtigia ad convincendam poſterorum perfidiam & illuſtrandam utriusque teſtamenti hiſtoriam, ad recte explicandos ritus, leges, conſuetudines populi Ebræi priſci plurimum conducentia: quam multæ ſint*

illud Hanoviæ propriis ſumtibus ſub nomine מפתח התלמוד הגדול hoc eſt: *clavis talmudica maxima*, duas illi præmittens diſſertationes de *talmude & converſione Judæorum*.

(g) *moreris*. Aſini enim vulgo & vappæ ſunt, qui, quæ traducunt ſtudia, ne primoribus quidem labiis deguſtarunt (nam ars oſorem non habet niſi ignorantem) quique dum ipſi nihil edere vel poſſunt vel audent, & in utramque aurem dormiunt quiete, alienos fœtus ſcabunt, carpunt, rodunt. Digni vero potius commiſeratione, quam ſtomacho & ira homunciones. Semetipſos enim noctes diesque miſere vexant livore ſuo & Theonino dente, propriumque ſibi conflant animi pariter & corporis exitium, namque *miſerorum*, teſte Plauto, *eſt, ut malevolentes ſint, ac invideant bonis*, & αὐθαιρέταις φθονερὸς συνέχεται λύπαις, ut pulcre Græcus ille ait comicus.

ſint porro in eo vocum myriades, quæ vel voces in ſcripturæ ſacræ uſu illuſtrant & native explicant, vel totius linguæ Ebrææ & Chaldææ uſum inſigniter complent & perficiunt, qui alioquin in defectu maxime mutilus & mancus jaceret: quam denique in eo multa ſint & in finita N. T. loca, quoad voces, phraſes & hiſtoriam inſigniter illuſtrandam maximum momentum (h) habentia. Sane qui hoc æqua mentis lance ponderabit emunctiorum narium homo, etiamſi in talmude non paucas reperiet nugas, injurioſas in legem & prophetas expreſſiones, (*i*) fabulas ferme infinitas & manifeſtas in D. T. O. M. blaſphemias, quarum una mihi ſemper viſa, cum clar. Pfeifero illa lunæ cum deo (*k*) expoſtulatio, quod ſole minor ſit facta, ita ut deus exclamarit indignabundus: *offerte ſacrificium expiatorium pro me, eo quod lunam minorem feci*; non tamen ille totum talmud propterea ſibi contemnendum arbitrabitur & (*l*)infantem, ut

(*h*) *habentia.* In lexici talmud. præfat. confer. quæ idem in theſauro grammatico circa finem, & Pfeiferus, crit. ſac. cap. 15. ſect. 8. quæſt. 5. dicunt.

(*i*) *fabulas.* Specimen illarum hæ tres ſequentes poſſunt dare cum magiſtris ſuis non ſatis ridendæ, quas recenſet. clar. Pfeifer, crit. ſac. cap. 15. ſect. 1. a) fluctus maris baculo percuſſus, cui hæc inſcripta ſunt verba: אהיה אשר אהיה &c. requieſcens ſtatim & remittens ſe in *bava batra* fol. 37. b) albicans gallinæ criſta, quamdiu deus iraſcitur *Sanh.* fol. 105. c) curatio morſus ex cane furioſo cute peragenda baſiliſci maſculi, his verbis notati: *Ego N. filius N. ſuper pelle baſilisci maſculi ſcribo: Cante, Cante, Caliros, Jah, Jah, Jah, Adonai, Zebaoth, Amen, Amen, Sela*, fol. 84.

(*k*) *expoſtulatio.* In Maſſech. חולין cap. III. & שבעות cap. I.

(*l*) *& infantem.* Uti fecerunt ſuperiori ſeculo J. Forſterus, Jacobus Hogoſtratus, Joh. Pfefferkornius, & Erneſtus Ferdinandus Heſſe, quorum tres poſteriores, Pfefferkornius inprimis, & Heſſe Judæi converſi non talmud tantum ſed & omnes Judæorum libros ad rogum audacter damnarunt, quod publicis etiam

ut in proverbio est, cum balneo ejiciet, neque præclara virorum clarissimorum studia in eo exibilabit traducetque, quin potius ea cum maximo rei litterariæ usu conjuncta esse gratissimo agnoscet animo. Novit enim & perspectum habet, optima quæque humana scripta non ab omni vitio immunia esse, neque omnis labis expertia. Tu itaque vir clar. si quid meæ apud te valent preces, nihil tam difficile ac molestum esse, quod te a proposito tuo laudabili abducat, brevi fac ut resciam. Consilium sequeris toto orbe celeberrimi Lœscheri, reg. maj. Polon. & elect. Saxoniæ concionatoris aulici & consiliarii consist. Dresdensis maxime meriti, qui ut nihil magis in votis habuit, quam ut (*m*) totum aliquando talmud, vastissimum illud rerum Judaicarum corpus studiis christianorum adcommodatum prodeat; ita ut unusquisque, in hoc musarum genere bene versatus, partem sibi aliquam notis ac versionibus illustrandam sumeret

B

suis decretis voluerunt inter pontifices Romanos, Gregorius IX. Innocentius I. Clemens IV. Honorius IV. Joannes XXII. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. & Clemens VIII. sed stultum illorum insanumque zelum merito animadvertunt viri doctissimi Mullerus, Gerson, Schikardus, Cartwrigius aliique, qui non omnia quidem Judæorum placita pro divinis habent oraculis & carbones sæpe eum pro thesauro fatentur reperire, qui non cum grano salis Judaica scripta tractat, & margaritas e stercore Enniano legit, non tamen ideo hæc adspernanda prorsus, multo minus crudeliter Vulcano esse immolanda, rationibus multis & solidis docent, atque illam hic auream commendant regulam apostoli: *Omnia explorate, bonum retinete.*

(*m*) *ut totum.* Mischnæ enim sive textus talmudici tractatus plerosque latina veste induerunt, & suis doctissimis notis illustrarunt viri incomparabiles Constant. l'Empereur, Robertus Scheringhamius, Sebast. Schmidius, magnus Coccejus, Joh. Leusdenius, Joh. Vlmannus, &c. Gemara vero seu prolixior talmudis pars & mischnæ glossa ac huberior explicatio intacta fere in hunc usque diem relicta est.

ret per totum vitæ ſuæ curriculum & ſuaſit & hortatus eſt. Veſtigia vero premis celeb. Cocceji, Buxtorfii, Hottingeri, Edzardi, Lightfodii, (*n*) aliorumque hoc & ſuperiori ſeculo luminum, quorum vel ſola nomina te contra omnem ſemi doctorum invidiam & cavillationem defendent propugnabuntque. Meam ſi forte hac in re deſideres operam, nunquam non promtiſſima tibi paratiſſimaque conſtabit. Licet enim vix mediocres ſint, quos in hoc ſtudii genere profectus feci; viris tamen in eodem probe tinctis exercitatisque, mea hoc lubentius præſto officiola, quo majores fructus hinc in memet ipſum redundare video. Ceterum ut una quaſi fidelia duos nunc dealbem parietes, ad objectiones ſimul de phraſeo logiis in libris N. T. talmudicis factas breviter, cum viro quodam excellenter docto, reſpondeo: talmud opus quidem eſſe, aliquot (*o*) ſeculis poſt conſarcinatum, quam evangeliſtæ & apoſtoli vixerunt, ſed cujus materia jam ante Chriſtum, & non multo poſt eum in clarionibus Babyloniæ ſcholis Sora, Nahardea & Pompedita tractata, & in ſchedas tandem librosque congeſta fuit: novum teſtamentum vero quamvis Græco ſit idiomate conſcriptum, quæ, ut latina hodie, communis eo tempore nationibus fuit lingua; tamen

(*n*) *aliorumque*. His merito addimus Joh. Druſium, Paulum Fagium, Sixtinum Amamam, Ludovicum de Dieu, Sebaſt. Munſterum, Joh. Viccars, Cartwrigium, Schmidium, Mercerum, Maſium, Varenium, de Mouis & Leonem Judam.

(*o*) *ſeculis aliquot*. Hieroſolymitanum pariter ac Babylonicum. Illud enim ſeu talmud Hieroſol. quod pro Judæis in Paleſtina degentibus ſcriptum, communi doctorum calculo, anno C. 230. a R. Jochanam acad. Hieroſol. rectore conſarcinatum eſt. Talmud vero Babylonicum, quod in vſum Judæorum, in Babylonia vicinisque regionibus exulantium, conſcriptum & quod Hieroſolymitano plenius multo eſt & uſitatius, totis adhuc 270. annis poſt Hieroſolymitanum, h. e. circa annum Chriſti 500. compoſitum creditur, vide hac de re Glaſſ. phil. ſacr. lib. 1. de text. Hebr. puritate & Pfeif. crit. ſac. c. 15. de talmude.

men, accuratiorem illius ſenſum ab intima linguarum Hebrææ, Chaldaicæ & rabbinicæ cognitione petendum eſſe, quia ſacri illius Auctores origine Hebræi fuerunt, atque ut amicam utriusque teſtamenti conſpirationem oſtenderent, phraſi ſæpius Hebraica ſunt uſi. Idque eo magis, *quo plura* ut capelli verbis utar, *in novo teſtamento ſunt, in quibus ſacri ſcriptores tacite alludunt ad ea, quæ ſunt in veteri, quo plura item, in quibus tum Chriſtus, tum ejus apoſtoli reſpexerunt ad mores, placita, dogmata, uſum, conſuetudinem, ſententias, proverbia, parabolas, gnomas veterum ſui temporis Judæorum, inter quos vixerunt & docuerunt.* Talia autem reperiri in novo teſtamento, laborem profecto ſupervacaneum caperem, ſi multis quidem exemplis docere adniterer, cum tantam illorum congeſſerit ſegetem clar. Hackſpanius, quæ neminem non convincet, niſi qui ſuis potius & magiſtrorum affectibus, quam ipſi indulget veritati. Paucula tamen non poſſum, quin, ad ſententiæ hujus illuſtrationem, ex eodem Hackſpanio, ſervatis fere illius verbis, adducam, de quibus judicium mihi tuum proxime ſcribas, vehementer etiam atque etiam rogo. Matth. 26: 24. de Juda ſervatoris noſtri proditore dicitur: καλον ην αυτω, ει ουκ εγεννηθη ο ανθρωπος εκεινος: *bonum erat homini* (*p*) *illi, ſi natus non fuiſſet*, phraſin illam rabbinicam eſſe, dubium non eſt, cum eadem locutio ſæpius occurrat apud talmudiſtas, quibus nihil frequentius quam hoc de impio homine dictum נוח לו לאדם שלא נברא. *melius eſſet homini, ut non ſit creatus*, v. gr. in Maſſ. ערובים cap. 1. Luc. 1: 19. angelus, qui Mariæ apparet vocatur, *adſtans in conſpectu Dei*: phraſis certe Hebraica. Præterquam

(*p*) *homini illi.* Proprie *bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*: Nomina, enim ad quæ ſpectant pronomina relativa, quandoque in ſacr. litt. repetuntur, quod Hebræi, teſte Glaſſio, לתוספת הביאור, ad augendam declarationem & tollendam amphiboliam dicunt fieri. Similes occurrunt locutiones Gen, 13: 16. Exod, 7: 11.

quam enim quod apud Esaiam c. 63: 9. angeli cujusdam mentio fiat, qui dicitur מלאך פנים (*) rabbinis etiam notus est angelus, quem nominant, angelus *qui semper intuetur faciem regis excelsi*. Quin imo talmudistæ per angelum illum faciei Gabrielem intelligunt, dum eum perpetuo thronum divinum circumstare adserunt. Quæ porro in oratione dominica occurrit locutio: *remitte nobis debita*, h. e. *condona nobis peccata nostra*, quis (*q*) Syriacam negabit esse, cum nec apud

* Quo minus hunc & sequentes locos exhibeamus in fonte, curtior supellex typorum Græcorum & inprimis Hebræorum, quæ adhuc est in typographia nostra, sed brevi augebitur, impedit.

(*q*) *Syriacum*. Syriasmus quoque videtur, aut Chaldaismus potius, Matth. 21: 25. *Baptismus Joannis unde erat, a cælo*, h. e. *Deo, aut ab hominibus?* Chaldæi enim uti sub vocabulo ignis, ita etiam cœli Deum intelligebant, quod patet ex Dan. 4: 23. *Ex quo cognosces, quod regnent* שמיא *cæli*, h. e. Deus. Pro Syriasmo etiam habet clar. Glassius in phil. sacr. lib. 1. tract. 4. sect. 2. vocabulum κοιμάομαι, *dormio*, id est morior, Act. 13: 36. quia Syri mortuos שכיבין *dormientes* vocant, ob spem resurrectionis. Ast quia apud Hebræos non modo verbum ישן *dormire* sæpe idem est, quod mori רבים מישני אדמת-עפר יקיצו *multi ex dormientibus terræ pulveris excitabuntur*, Dan. 12: 2. confer. Psal. 13: 4. sed & ipsum שכב apud illos eodem sensu non raro accipitur, vide sis 2. Sam. 7: 12. Esa. 14: 18. & 43: 17. imo apud Chaldæos etiam, vide sis targ. Jonath. in Ruth. 1: 8. & 4: 10. Num. 19: 11; Hebraismus mihi potius videtur esse, ad Syros etiam & Chaldæos propagat, quam idiotismus Syriacus. Imo verus si hanc locutionem paulo penitius inspicimus, communis locutio omnium gentium est. Nulla enim fere lingua est, in qua non ob mortis & somni convenientiam (ecquid enim somnus gelidæ nisi mortis imago?) dormire pro mori ponitur. Sane nos Germani de defuncto dicimus: er ist entschlaffen / & de eodem Latini dicunt, obdormivit. *In mediis vitæ laboribus obdormiscere*. Cic. 1. Tusc. Sed & apud Græcos Homerus mortuos vocat υπνωοντας, *dormientes*, quod ipse vir clar. observat. Et vix dubium nobis est, quin ipsum verbum κοιμαομαι, quod passim in sacra scriptnra & apud Areopagitam pro mori accipitur, & unde locus, in quo humata jacent defunctorum corpo-

apud Græcos, nec Latinos, nec Hebræos etiam in uſu, Syris autem familiariſſima ſit? Ita cum peccatum apud Hebræos חטא & Græcos αμαρτια dicatur; Syri illud per vocabulum חובא *debitum* exprimunt; cujus remiſſionem quando Hebræi per סלח vel נשא עון, Græci καταχαριζεσθαι aut συγγινωσκειν denotant, Syri voce שבק utuntur, ita ut αφιεναι τα οφειληματα, Syriacum שבק לחבין ſit. Quod ulterius etiam 1. ad Tim. 5: 6. de vidua ad delicias prona dicitur, quod *vivens mortua ſit*, & contra de filio prodigo, Luc. 15: 34. *frater tuus hic mortuus erat & revixit*, phraſeologias eſſe talmudicas, nemo inficias ibit, qui illum R. Salomonis locum inſpexit: *Impii etiam, dum vivunt adhuc, mortui vocantur, juſti autem etiam in morte vivere dicuntur.* Similem in mo-

B 3 dum

ra dicitur κοιμητηριον, *cæmeterium*, h. e. dormitorium, hoc ſenſu profanis uſurpat u m. Saltim quod originem ſuam illi debet verbum κοιμιζω, *ſopio*, apud Sophocl. in Ajace notat, *ſoporem mortis inducere*, & compoſit. κατακοιμαομαι conſopior, idem quandoque eſt, quod extinguor, πυρος κατακεκοιμημενȣ, *igne extincto*. Plutarch. Imo Herodot' illud verbum de ſomno mortifero accipit, quando de duobus fratrib' Archiæ ſacerdotis filiis Cleobe & Bitone ait, κατακοιμηθεντες εν αυτω τω ιερω οι νεανιαι ȣκετι ανεςησαν. Cum vero diſcedimus hac in re a viro celeberrimo, adſentimur contra illi, quando vocem ρακα, Matth. 5: 22. pro voce habet Syriaca, illamque ait vel hominem καταπτυςον *conſpuendum* ſignificare a רק ex Hebr. רקק exſpuit, vel hominem *vacuum*, *inanem*, cerebro videlicet & judicio. Res enim ita eſt, & utitur illa voce *raka* Syrus interpres in hoc ipſo loco Matthæi. Sunt quidem nonnulli, inter quos etiam Auguſtinus, qui *raka* Græcam ſtatuunt dictionem eſſe a ρακος *veſte lacera* profectam. At minus recte. Quanquam enim ρακος per metaph. *hominem nihili* apud Luc. in Tim. denotat & ſignificatio illa huc egregie quadrat; vocem tamen ρακα, apud nullum ſcriptorem Græcum reperio. Et cum hoc convitium Chriſtus reprehendit, quod Judæis in ore ſemper erat, veriſimilius eſt, arbitror, *raka* Syriacam quam Græcam eſſe vocem.

dum quando, Actor. 14: 22. reperitur: *Per multas adflictiones nos oportet ingredi in regnum Dei*; quis non alludi videt ad illud talmudis: *tria dona dedit deus Israelitis, nullum tamen eorum sine tribulatione vel afflictione quadam, nempe hæc ipsa, legem, terram Israel & futurum (r) seculum.*

(r) futurum seculum. In talmud. Massech. ברכות cap. I. Quinam quoque fuerint Jannes & Jambres, *qui restiterunt Mosi*, 2. Tim. 3:8. non melius quam ex priscis apparet rabbinorum scriptis. Præterquam enim quod in targum Jonathan magi illi Ægyptiaci, quos vocavit Pharao, ut eadem, quæ Moses incantationibus suis ederent miracula Exod. 7:11. ינים וימברים vocentur; in ipso quoque talmud Sanh. nominum *Juhanni* & *Mambri* fit mentio. Novi quidem, recentius quosdam putare targum Jonathanis, quam ut legere illud potuerit Paulus, nominaque hæc ex eodem excerpere. Sed falluntur iidem & nimium aberrant. Licet enim non tam antiquum sit targum istud, quam credunt Judæi, qui non diu post Esdram & captivitatem Babylonicam illud exaratum somniant; argumentis tamen haud ficulneis contendunt Chamierus, Hottingerus, Schikardus, Pfeiferus & alii, diu illud ante natum Christum, adeoque ipsum quoque Paulum conscriptum esse. Et ponamus, targum illud Paulo multo recentius esse, hoc tamen non impedit, quo minus dicamus, ex vetustis rabbinorum scriptis apostolum hausisse, unde ipse procul dubio Jonathan paraphraseos hujus auctor & ipsum quoque talmud hausit. Quod enim quidam cum Aretio per Jannem & Jambrem Judæos intelligant, qui rebellarint in deserto, Mosique se opposuerint, de nihilo profecto illud est. Nec enim Israelitæ illi Jannes & Jambres, sed Dathan & Abiram audiebant. Plinium sententiæ hujus patroni, scio, allegant, lib. 3. hist. nat. cap. 1. ubi de magica loquitur Judæorum factione, quæ multis annorum millibus acciderit post Zoroastrem; verum Judæos illos seditiosos Plinius non Jambrem & Jannem, sed Jotapen & Jamnan appellat, illisque ipsum quoque Mosen admiscet. Ceterum ipsa quoque significatio voc. λογος, pro J. Christo filio Dei, Joh. 1: 14. 1. Joh. 1: 1. & 5: 7. Apoc. 10: 13. Hebræo-rabbinica est procul dubio. Quod enim in targum tam Onkelos quam Jonathan & Hierosolymitano sæpius

lum. Ita quoque cum passim in talmude duplicis Hierosolimæ mentio fiat unius, quæ superior, alterius quæ inferior; huc certe respicit Paulus ad Gal. 4: 26. quando in allegoria Hagaris & Saræ Hierosolymam, *quæ nunc est & cum filiis suis servit ei*, opponit, *quæ sursum libera, ac nostrum omnium mater.* Sic etiam quod apostolus de Abrahamo prædicat, quod signum circumcisionis acceperit, *ut esset pater omnium* των πιςευοντων, *credentium*; phrasin esse rabbinicam, facile concedit, qui

pro אלהים יהוה ponatur מימרא דיי verbum Dei & veteres rabbini per illud verbum Dei Messiam intelligant, nemini ignotum potest esse, nisi qui Chaldaicas paraphrases nunquam inspexit. Quod etiam דבר יהוה *verbum Dei, quo cæli facti sunt*, Psal. 33: 7. Christum essentiale illud verbum, quicquid contradicant Sociniani, significet, notius est, quam ut monere sit necesse. Sed & ipsa antichristi per το θηριον expressio., Apoc. 17: 8. Hebræo-rabbinica videtur expressio. Quid enim obsecro bestia illa est mystica, *adscensura ex abysso & in perniciem abitura*, quam בהמות hoc est, ex genio linguæ Hebraicæ bestia bestiarum, vastæ magnitudinis roborisque immensi, *in occulto cæni cubans & arundinum, flumenque* evangelii *comprimens, ne festinet*. Job. 40: 8-19. & talmudicus ille שור, sive *bos mille montes*, h. e. principatus & regna *depascens, ipse vero tandem in epulo magno justorum mactandus*, i. e. in halcyoniis ecclesiæ & mystico Christi cum fidelibus convivio delendus omnino atque abolendus. Quamvis enim interpretes per בהמות certam animalis speciem, & alii quidem elephantum, alii vero hypopotamum intelligant; in sola tamen haud subsistunt littera, sed bestiam illam bestiarum, cujuscunque demum sit speciei, metaphorice ut leviathan de diabolo, & omnibus illius famulis, inter quos certe non ultimum obtinet locum bestia illa Romana, explicant. Et quis obsecro proprie tantum acciperet το בהמות cum Jobus de eo dicat: *primarium esse viarum Dei fortis opus, cui qui fecit ipsum, gladium adhibuit ipsius*? Quod vero ipsum quoque שור הבור totumque illud epulum magnum talmudistæ veteres improprie & allegorice explicent, de eo vide sis R. Salom. Ben Aderet in *not. ad Bab. Bathra.* Sed

qui illud in (*s*) Michlal Jovi notabit dictum: *Abraham fuit pater omnium, qui eum secuti sunt* באמונה *in fide.* Majorem adhuc ex talmude lucem insignis Judæ locus de pugna inter diabolum & Michaelem accipere videtur. Quod enim in דברים רבה sect. ultima legitur, Deum sicut Gabrieli ita etiam Michaeli præcepisse, ut animam Mosis apportarent, quod vero officium cum ambo submisse renuerent impium Sam-

Sed nec inter hodiernos apellas sapientes deesse quosdam, qui שור הבר & plerasque talmudis narrationes allegorice exponunt, vel hoc rabbini cujusdam, quo præceptore usi sumus olim, testimonio liquet, quod latine ita se habet: *Distinctio narrationum sacræ scripturæ & talmudicarum hæc est, quod illæ narrationes, quæ in sacra scriptura continentur, non tantum spiritualiter sed & corporaliter veræ sunt, talmudicæ autem non item, utpote quæ non contigerunt, sed tantum quid spirituale intendunt. Quia nimirum squalor intellectus hominum non potest percipere res spirituales, coacti sunt magistri nostri illas corporealiter proponere, & corporea vestire forma. Vnde verissimum quidem, quod intendunt historiæ talmudicæ, ipsæ vero sine explicatione mystica ridiculæ sunt.* Plura si scire cupis de בהמות & שור הבר bestiam apocalypticam designantibus, lege dissertationem nostram de allegoriis Judaico-talmudicis, §. 16. Inter Hebraicas vero locutiones tandem etiam procul dubio adnumeranda est hæc sequens: *Quum præstas eleemosynam* μη σαλπισης εμπροσθεν σου Matth. 6: 4. quia ad Judaicam hic Græcisque ignotam consuetudinem respicitur. Habebant enim, teste clar. Hottingero, præceptore nostro ætatem observando, Judæi vas quoddam æneum angusti oris שופר dictum a forma tubæ. In hoc vero eleemosynas suas conjiciebant publice: in publico enim erat collocatum. Quoties vero illud eleemosynam capiebat, clarum aliquem edebat sonitum & hoc quidem clariorem, quo præstantior erat nummus, ut ita σαλπιζειν εμπροσθεν σου, peculiari hoc ritu Judæorum sit eleemosynis suis tinnitum excitare, quem audiant multi: quod identidem faciebant pharisæi, gloriam hinc & inanem captantes honorem. Vnde minus commode interpretes quidam, non *buccinabis*

Sammaelem, quem alibi נחש הקדמוני vocant, accessisse, ut animam servi Dei auferret, quo vero repulsam passo, ipsum Jehovam tribus angelis comitatum animam petiisse, illud si comparabimus cum apostolo: *at angelus Michael ille cum adversus diabolum altercans disceptaret de corpore Mosis, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit: increpet te dominus*, Jud. 9. magnam certe reperiemus convenientiam, excepto, quod talmud de anima Mosis commemoret, quicquid hujus est certaminis, cum apostolus illud de (*t*) corpore dicat. Atque ex illa, quam talmudistæ an-

C gelis

vel *buccina canes* reddunt, quæ quidem propria est hujus vocabuli significatio, apud classicos sæpe obvia, huc vero plane non pertinens. Falluntur etiam, qui Hebraicam quidem phraseologiam esse concedunt, sed Hebraismum in eo ponunt, quod buccinabis hic idem sit, quod buccinari vel buccina cani curabis. Non pauciora enim apud ipsos profanos, quam sacros scriptores reperiuntur exempla, quibus id personæ tribuitur, quod facit per alium *Hipponicus Calliæ, filius patriæ suæ* εβελετο ανδριαντα αναςησαι, *volebat statuam ponere*, id est, ponendam curare. Ælianus h. v. lib. 14. c. 16. Και ισως αν δια ταυτα απεθανον, ει μη η αρχη διαταχεων κατελυθη, ac *forsitan propterea illi me interfecissent, nisi brevi eorum potestas dissoluta fuisset.* Plat. in apolog. Socr. Sed nec huc quadrat Hebraismus ille: qui enim eleemosynas suas dabant Judæi, dum illas in vas hoc æneum mittebant, ipsi εσαλπισαν, h. e. sonitum provocarunt nummis suis, non per alios id faciebant. Quem vero ad illustrationem hujus Hebraismi adferunt locum, Matth. 5: 45. *Ut sitis filii patris vestri, qui solem suum* ανατελλει *super bonos & malos, &* βρεχει, *rigat super justos & injustos*, h. e. facit solem suum exoriri, facit suam pluviam rigare, is Græcismum redolet potius quam Hebraismum, quandoquidem eodem modo, notante celeb. Hombergk, locutus est Theocritus, scriptor vetustissimus Idyll. 4. ζευς αλλοκα μεν πελει αιθριος, αλλοκα δε υει.

(*s*) *in fide.* Ad cap. 2. Malach.

(*t*) *de corpore.* Quanquam non pauci interpretes, uti per Michae-

gelis & diabolo in hominum morte functionem adscribunt, simul patescit, quorsum Lucas 12: 20. tendat, quando dicit: *desipiens hac nocte animam tuam repetunt (u) abs te.* Quod denique 1. Cor. 3: 14. dicitur: *si cujus opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem servabitur, ita tamen, ως δια πυρος, ut per ignem*, rabbinicam certe explicationem requirit, alludente illic apostolo ad antiquissimam gentilium consuetudinem, qua parentes traditos sacerdotibus liberos, eosque sibi ab his restitutos, ne vivos comburerent, in honorem tamen Molochi per ignem traducebant, quod sacrificii genus pluribus describit (x) Maimon, Deus autem interdicit Deut. 18: 10. *ne invenitor in te, qui traducat filium suum, aut filiam per ignem.* De circumciso autem quod apostolus, 1. Cor. 7: 18. scribit: *circumcisus qui vocatur, ne præputium επισπαθω attrahat*, ita comparatum, ut non clarius, quam ex rabbinis intelligi possit. Quid enim est præputium επισπαζεσθαι? Talmud inquid, pelliculam artificio quodam ita retrahere, ut videatur haud quaquam circumcisus, quod inter Judæos qui facit, fœderis divini cum Abrahamo initi contemtor audit, nec habet partem in futuro seculo. *Qui attra-*

lem archangelum J. Christum intelligunt, quod angelus sit fœderis & angelorum omnium princeps; ita etiam *corpus Mosis* non hic proprie accipiunt, sed figurate de complemento legis a Mose datæ per evangelium, huc trahentes, Col. 2: 17. & insignem illum locum, Zach. 3: 1. 2. de *Josua sacerdote maximo, ad cujus dextram steterit satan, ut ei adversetur.*

(u) *repetunt abs te.* Subintellige angeli vel spiritus mali. Ellipticæ enim hujuscemodi locutiones, in quibus nominativus desit, ac supplendus est ex natura sensuque loci, scriptoribus sacris admodum sunt familiares. Ita Amos 4: 2. *ecce dies venient* ונשא *& tollet vos aculeis*, sc. hostis, Gen. 16: 14. idcirco puteum istum קרא vocavit, nimirum איש unusquisque conf. Hebr. 3: 7. Joh. 15: 6. Exod. 10: 21. Neh. 2: 7. Esa. 9: 6. Apoc. 16: 15. vide sis hac de re Glass. philol. sac. lib. 3. tract. 3.

(x) *Maimon.* Hilcot עכום seu de idolol. cap. 6. §. 3.

attrahit præputium, ad tegendam circumcisionem, irritum reddit fœdus, cum Abrahamo percussum, nec pars ei in futuro seculo פרקי אבות cap. 2. Quod tandem Matth. 12: 32. de peccato in Spir. s. legimus: *non remittetur neque in hoc, neque in futuro seculo*, talmudicum loquendi modum esse, neminem, qui vel a limine rabbinos salutavit, potest fugere. Eadem reperis verba in historia ægroti alicujus, qui filium suum ita alloquitur: *da mihi panem & cibum illum interdictum, sin minus, non condonabo tibi neque in hoc, neque in futuro seculo, in libro* חסידים Atque hæc vir clar. (*y*) sufficiant: satis enim inde quanta talmudis sit in expositione novi testamenti utilitas, manifestum & luculentum arbitror. Novi non defuturos, qui barbarum reddi N. T. ἰδίωμα, tot rabbinicis in eo phraseologiis judicabunt; sed ad objectionem illam hæc (z) mihi in promtu est viri cujusdam insigniter docti responsio,

(*y*) *sufficiant*. Confer, quas Julius Otho in gale rasia, Joh. Vorstius, philol. sacr. cap. 4. pag. 141. Joannes Ligthfootius, hor. ebr. ad cap. 20. Matth. Robertus Scheringhamius præf. cod. Joma adducunt fabulas, paroemias & phraseologias, a servatore nostro ex talmude petitas desumtasque.

(*z*) *in promtu responsio*. Quocum consentit magnus philologus clar. Fabritius, ling. Hebr. professor Wittenb. cujus in præfatione gymnasii Syriaci hæc sunt verba: *Ea est rerum sacrarum indoles, ut proprietas primæ linguæ ron solum se diffundat per veterem scripturam, sed etiam se insinuet in Græcismum N. testamenti. Unde multis in locis novi testamenti Græcismus pure Græcis est barbarismus, propter phrasin Græcis ignotam, ecclesiæ autem non est barbarismus, agnoscit enim illa sermonem primævum, eumque in scripturas novi testamenti manare deprehendit*. Et doctissimus Joannes Vorstius, qui in phil. sacr. præfat. *Neque vero* inquit, *plurimi Ebraismi illi, quos sacri libri novi testamenti habent, pro barbarismis ac soloecismis habendi sunt, sed pro flosculis potius, quos Deus per scriptores N. T. spargi & inde ipsam hanc scripturam gratiorem nobis fieri voluerit. Qui unius linguæ idiotismos in aliam linguam*

sio, *barbarum quidem reddi natione Græcis, quibus ignotæ hujuscemodi locutiones, sed purum tamen ecclesiæ, quam non gentiles tantum, sed & Judæi constituere: quorum interfuit, doctrinam Christi & apostolorum scire, ut gentilium erat, Mosis & prophetarum scripta non ignorare. Vnde quæ est dei circa verbum suum providentia, tali sermonis genere id conscribi voluit, quod cum Græca simul & Hebraica ac illius adfinibus linguis convenientiam habeat, ita ut nec peregrini gentiles diversitatem suspectare, nec domestici Judæi novitatem adspernari possent.* Neque tamen hic Drusio (α) aliisque meum adjicio calculum, qui illud evangelistarum & apostolorum scribendi genus tanquam peculariem linguæ Græcæ dialectum a Græca communi, ut Gallica hodie a Latina, & Chaldæa olim ab Hebræa, diversam, ac nescio quibus Judæis inter Græcos habitantibus usitatam existumant. Præterquam enim quod nemo veterum vel tralatitiam ejuscemodi dialecti mentionem faciat; nec certa quædam, ubi usui fuerit, regio ostendi potest. Sed qui plura hujus rei scire cupit, clar. Salmasium consulat, qui solidis hanc Drusii sen-

ten-

per ignorantiam transfert, is minime laudem meretur. Qui vero sciens id ac dedita facit opera, is si non laude, saltim excusatione dignus existumatur. Quam multos Græcismos poetæ Latini Virgilius, Horatius atque alii, & in oratione prosa Sallustius ac Tacitus usurparunt, quod tamen non illorum ruditati ac inscitiæ adsignari potest aut debet, sed certo consilio ac de industria ab ipsis factum putandum est: quanto magis igitur de sanctis illis Sp. s. amanuensibus habendum ita, quod illi Hebraismos & dictionem a lingua Græca alioquin alienam usurparunt, id certo consilio ac dedita opera ab ipsis factum esse. Sane jucunda sacrarum litterarum contemplatio est illa quoque, quod non modo ipsas res utriusque testamenti pulcre inter se consonare, sed ipsas quoque formulas ac modos loquendi utrobique eosdem fere esse animadvertimus.

(α) *Drusii.* Quam Jos. Scaliger primus fovisse dicitur, Lightfootus

tentiam (β) refutavit argumentis. Quod ad eruditam vero aliquorum hujus seculi operam attinet, qui multa novi testamenti loca, ex aliis atque (γ) aliis profanorum scriptis illustrant, operam certe non minus utilem, quam laudabilem arbitror, modo ne Hebraismis in novo testamento vel sole clarioribus locum negent. Vt enim magnus illorum cumulus est, ita quoque innumeras locutiones inveniri, quæ (δ) Atticam sapiunt eloquentiam, certum est & extra omnem controversiam positum. Conspectui judicioque tuo vir clar. ipse nonnullas sisterem, quas aliquot abhinc annis partim ipse notavi, partim ex diversis virorum clarissimorum scriptis congessi: sed quia patientia mihi tua jam satis videor abusus, ad aliam igitur occasionem, quicquid hujus rei est, rejicio protolloque. Verbum tamen non

etiam amplexus est, inprimis vero defendit Daniel Heinsius in exercitationibus suis ad Nonnum, & præfat. in exercitat. sacr. in novum testamentum.

(β) *argumentis.* In commentario de ling. Hellenistica, funere ling. Hellenist. & ossilegio ling. Hellenist. vide sis etiam hac de re Joan. Croji observationes in N. T. & Matth. Cotterii exercitat. de Hellenistis. Vtrique enim clar. Salmasium secuti, multis verbis docent, confictam esse ling. Hellenisticam una cum Hellenistis suis.

(γ) *alii atque alii.* Eminet ex illis magnus jurisconsultus pariter ac philologus J. F. Hombergk, jurisprudentiæ in academ. Marburgensi professor celeberrimus, fautor noster & patronus omni honoris cultu prosequendus. Probavit illud vir clar. in parergis suis sacris, seu observationibus doctissimis ad novum testamentum, quæ Trajecti ad Rhenum prodierunt an. 1712. & passim toto celebrantur orbe.

(δ) *Atticam sapiunt.* Ad Atticam hanc eloquentiam pertinet in genere frequens ille participiorum usus in novo testamento. Attici enim amant participia, & hinc recte clar. Pasor vocat illos φιλομετόχους. In specie vero huc pertinet constructio illa par-

possum, quin addam *a*) de articul. præposit. ο, η, το pro ϰτος, αυτη, τϰτο: *a fico autem discite* την παροβολην, id est την παραβολην ταυτην, Matth. 25: 32. conf. Joh. 6: 11. Matth. 2: 2. 1. Cor. 3: 11. &c. *b*) de voce γινοσκειν pro congredi: *& non* εγινοσκεν, *cognovit eam Joseph*, Matth. 1: 25. ac *c*) de ennallage præposit. εις pro εν: *et baptizatus est Jesus a Joanne*, εις τον Jορδανην, Marc. 1: 9. conf. Hebr. 11: 9. Act. 2: 31. &c. (ɛ) Hebrais-

ticipiorum eum verbis ειμι, γινομαι, υπαρχω, τυγχανω, & cum verbo λανθανω, Εγενετο Ιοαννης βαπτιζων, Marc. 1: 4 Μονον δε βεβαπτισμενοι υπηρχον, Actor. 8: 16. Ελαθον τινες ξενισαντες, *inscii quidam hospitir exceperunt angelos*, Hebr. 10: 2. Atticis enim nihil frequentius est, quam hæc ipsa verba eodem modo construere cum participiis. Οργιζομενοι τυγχανωσιν, Isocrat. orat. 1. ad Demon. Λανθανει επιπτϰσα, Aristot. in problem. Απαντες εγνωκοτες υπαρχειν μοι δοκειτε pro εγνωκεναι, Demosth. Δϰλειων λεληθας, Aristoph. Plut. Hinc vero simul patet, quid de allusione illorum statuendum sit, qui in ultimo loco Pauli ad Hebr. 13: 2. in verbo ελαθον, respectum putant fieri ad nom. proprium Lothi, cujus origo est לוט *delitescere*, *latere*, quia Paulus inter quosdam illos, qui inscii hospitio exceperunt angelos, procul dubio Lothum quoque intelligat. Mihi plus illa allusio ingenii, quam veritatis aut soliditatis videtur habere. Pro Syntaxi etiam habet Attica clar. Pasor in idea sua de dialectis Matth. 5: 21. *Audivisti quod* ερρεθη τοις αρχαιοις *dictum sit veteribus*, id est, a veteribus & similes constructiones, Luc. 24: 25. 2. Petr. 3: 14. Hebr. 9: 18. sed illas inter communes Græcismos grammatici tantum non omnes recensent, docentes & multis exemplis probantes Græcos classicos, (quos ipsi etiam Latini imitantur, visus est ipsi, h. e. ab ipso,) sine discrimine pro genitivo præcedente υπο vel παρα dativum ponere. Vide sis Gramm. Weller. p. m. 312. Schulzii seu Halensem pag. 237.

(ɛ) *Hebraismum cur nonnulli.* Locutiones etiam pure Græcæ sunt, in quibus multi cum Beza frustra quærunt Hebraismum: *Erant enim* dies illis θλιψις *adflictio*, pro adflictis, calamitosis, Marc. 13: 19. *Sermo tuus veritas est*, h. e. verus, Joh. 17: 17. *Evangelium est* δυναμις pro δυνατον *potens*, Rom. 1: 16. *Pecca-*

braismum cur nonnulli hic quærant, causam sane non video. Vtut enim 1. articulus ה, qui respondet Græco præpositivo, apud Hebræos certum locum aut certam personam designet & hinc etiam ה demonstrativum vel ה הידיעה h. e. *He notificationis* appelletur: vid. Glass. phil. sacr. *transeam quæso & videam* את הארץ הטובה *terram istam bonam*, conf. Lev. 18: 15. Esa. 7: 4. &c. tamen quis Græcæ linguæ adeo

tum pro nobis fecit eum; i. e. peccatorem, *ut nos fieremus justitia Dei in ipso*, h. e. justi, 2. Cor. 5: 21. *Eratis aliquando* σκοτος *tenebræ, nunc autem estis*, φως *lux*, pro: eratis aliquando εσκοτισμενοι *obtenebrati*, nunc autem estis πεφωτισμενοι *illustrati*, Eph. 5: 8. In quibus omnibus abstractum ponitur pro concreto non sine magna quadam emphasi. Licet enim hæc usurpatio abstracti pro concreto apud Hebræos locum habeat sæpissime, quod post Glassium demonstrare, iliada esset post Homerum scribere, vide sis Gen. 46: 34. 1. Sam. 25: 6. Psal. 5: 10. & 39: 6. Hos. 2: 8. Cant. 1: 17. *Tigna domorum nostrarum sunt* ארזים *cedri*, seu ex cedri ligno facta; ipsa tamen hæc metonymia, ad quam pertinet illa syntaxis Græcis quoque profanis tam trita est, quam quæ maxime trita. Ita Ælianus in var. histor. lib. 14. cap. 11. *Philiscus ad Alexandrum aliquando dixit ad gloriam incumbe, sed ea conditione, ne sis* λοιμος και μη μεγαλη νοσος αλλ ειρηνη και υγεια. Ita Xenoph. lib. 3. Ελλην. Λυμη και ολεθρος ην *pestis & exitium erat*, i. e. pestifer & exitiosus. Ita Herodot. cl. 1. ab initio: Το γαρ κιμμεριων στρατευμα ου καταστροφη εγενετο των πολιων, αλλ εξ επιδρομης αρπαγη. *Nam Cimmeriorum expeditio non urbes expugnavit, sed per incursiones prædas abegit.* Ac Heliodor. Æthiop. lib. 1. Κορη αμηχανον τι καλλος. Ex citatis exemplis patet, hanc ipsam metonymiam unam esse ex præcipuis Græcorum elegantiis, & si acute illi atque εμφατικως voluerunt loqui, sic esse locutos, tantum abest, ut non sit Græca sed Hebraica. En vero tibi adhuc clarius & firmius hujus rei testimonium in Æliani hist. var. lib. 4. cap. 20. *Abderitæ vocarunt* Δημοκριτον φιλοσοφιαν, τον δε Πρωταγορα λογον, *Democritum philosophiam, Protagoram vero sermonem seu fabulam.* Et quid multa opus est proba-

adeo rudis est atque imperitus, qui nesciat, eundem quoque significatum apud script. classicos art. præp. *ο, η, το*, habere crebro? *Το αγαθον* ***bonum illud***, unicum videlicet & summum

mum

tione, cum ipsi quoque Latini, quod procul dubio didicerunt a Græcis, sæpius abstractum pro concreto ponant: *Ego tibi istam scelus*, id est, scelerate *linguam abscindam.* Plaut. in Amphit. *Contra quam fortunam non satis cauta est mortalitas* pro mortales. Curt. lib. 8. cap. 4. *Tu decus omne tuis.* Virgil. Multo minus vero Hebraismus est, cum substantivum a substantivo regitur in genit. & mox regens mox rectum adjectivi vicem gerit. *Επι την ταπεινωσιν της δȣλης αυτȣ*, *humilitatem ancillæ suæ*, i. e. humilem ancillam suam, Luc. 1: 38. conf. Rom. 5: 17. 1. Cor. 1: 21. Gal. 3: 14. Ephes. 4: 29. 1. Petr. 1: 7. &c. *Εκ τȣ σωματος τȣ θανατȣ τȣτȣ*, *ex corpore mortis hujus*, pro ex hoc corpore mortali, conf. Ephes. 4: 16. Phil. 3: 21. Col. 1: 13. 2. Thess. 2: 3. Quanquam enim nihil familiarius est Hebræis, quam eodem modo adjectivum exprimere per alterutrum substantivum in statu regiminis, vide sis celeberr. Glassium, probantem id ex Gen. 17: 5. & 45: 22. Lev. 16: 12. Num. 30: 13. 1. Sam. 17: 40. Job. 33: 3. item ex Psalm. 31: 3. 68: 31. Hab. 1: 8; tamen cum id ipsum quoque profanis Græcis non infrequens sit: *Vocabatur* autem Rhodus Ophiusa *δια το πληθος των ενοντων οφίων*, *propter multitudinem nascentium in ea serpentum*, i. e. multos serpentes. Heraclides in fragm. de politiis. *Τα ακοσμα των ονοματων εφυλαττετο*, *obscœnitates verborum vitavit*, h. e. obscœna verba. Ælianus hist. var. lib. 14. cap. 19. *Στεφανισκοι υακινθων*, coronæ hyacinthinæ, Anacreon Od. 3. *Ερχεται σπȣδη ποδος*, *venit celeritate pedis*, h. e. celeri pede Euripides in hecub. *In maximas calamitates incidit*, *δια την της γλωττης ακρασιαν*, *propter incontinentiam linguæ.* Plutarchus de institut. locutio itaque plane Græca hæc quoque est, neque opus refugere ad linguam Hebræam; idque eo magis quia & hoc modo Latini abstractum pro concreto, sive substantivum pro adjectivo, sæpe usurpant, *varietas cœli cogebat dubitare*, h. e. varium cœlum. Curt. lib. 7. c. 11. *Callistenis vox carceri inclusa est.* Idem lib. 8. cap. 7. §. 8. Fa-

mum. Aristot. Εξχεται ο ανθρωπος *venit ille homo*, certus nimirum ac notus vide lex. Scap. Quamvis etiam 2.) verbum γινωσκειν in hoc sensu adprime congruat cum Hebr. ידע, *Deinde Adam* ידע חוה *cognovit Evam uxorem suam*,

D Gen.

cile mihi esset; ex hoc uno auctore millena proferre exempla, si postularet necessitas. Abstractum enim pro concreto is tantum non ubique ponit, & qui hoc ignorat, stilum Curtii ignorat umbratilem. Pleonasmus etiam ille præp. εν in loco notissimo Matth. 6. 7. ὁτι εν τη πολυλογια αυτων, *sua illa loquacitate exaudientur*, Hebraismus multis videtur esse; sed negat illud clar. Homberg, & multis exemplis ex Æliano, Platone, Hesiodo, Sophocle petitis probat, eandem præpositionem apud classicos etiam redundare. Verum non pauci sunt interpretes, qui præposit. εν in hoc loco non plenasticam, sed pro δια *ob, propter*, positam arbitrantur, εν τη πολυλογια αυτων vertentes, wegen ihren vielen Worten / sicut etiam accipitur, Hebr. 11: 2. εν αυτη ob eam (fidem) testimonio erant ornati majores. Et hi quidem meo judicio propius accedunt Hebraismo, siquidem sæpius apud Hebræos præpositio ב pro בעבור ponitur, vide sis Gen. 18: 28. Prov. 27: 1. Psal. 150: 1. Jerem. 17: 3. Εν vero nullibi apud profanos pro δια sumitur. Præpositio quidem εις apud eos interdum idem est, quod δια. *Laudatur* εις δικαιοσυνην, *propter justitiam* Aristoph. *Convitiari aliquem*, εις δυσγενειαν *ob ignobilitatem*. Plutarch. de instit. Εν vero pro δια ob usurpatum apud nullum reperio classicum. Vtrum vero in his: *a domino factum est* αυτη *illud, & in oculis nostris* est θαυμαστη *mirabile*, Matth. 21: 42. Hebraismus lateat, ut statuunt multi, valde dubito. Quanquam enim negare non possum, apud Hebræos, qui neutro carent, sæpius fœmininum interdum & masculinum poni pro neutro, vide sis Genes. 43: 32. Exod. 10: 11. Num. 23: 23. Esa. 5: 20. tamen lis adhuc sub judice est, num pronomen αυτη & adjectivum θαυμαστη pro neutro τουτον & θαυμαστον posita, & non potius fœmin. sint, ad præcedens γωνια *angulus* respicientia, locusque totus sic reddendus sit: *a domino factus est ille, & in oculis nostris mirabilis est ille*, sc. angulus: saltim in ipso textu Hebræo, Ps. 118: 22. ex quo hic locus Matth. desumtus est, nullam hic enallag. gen. fœm. pro neutr. statuunt

Gen. 4 ; 1. eodem tamen ſenſu apud claſſicos occurrit quoque. *Neque aliam mulierem* εγνω *cognovit ante Barſinem.* Plutarch. in Alexandr. Την Λαρεντιαν εγνω. Idem in Romulo

Mi-

Junius & Tremellius, quando eum ita vertunt: *Quem lapidem ſpreverunt ſtructores, is eſt in caput anguli, a Jehova eſt hic atque mirabilis in oculis noſtris*: femin. זאת *hæc* & הי נפלאת *ille mirabilis* vel ad præced. פנה vel אבן, quod ipſum quoque eſt gen. fem. referentes. Et ſane non video, cur illa verba αυτη & θαυμαςη non ad γωνιαν angulum trahenda ſint. Angulus enim ille, per quem procul dubio coagmentatio eccleſiæ in Chriſto facta intelligitur, revera eſt à domino & mirabilis omnino, non hominibus tantum, ſed & angelis, Epheſ. 3 : 9. 10. Ad illuſtrationem hujus Hebraismi adfertur locus, Joh. 17 : 3. αυτη *hac eſt vita æterna*, &c. ubi fœmin. quoque αυτη ponatur pro neut. τȣτο pro more Hebræorum. Sed, ut verum fatear, minus fundatam in hoc loco, quam in priori Matth. 21 : 22. enallag. fœm. gen. pro neutr. reperio. Pronomen enim αυτη reſpicit ſine dubio ad duas poſteriores voces verſus ſecundi ζωην αιωνιον, & tantum in hoc verſu tertio explicat, quænam ſit illa vita æterna, quam Chriſtus fidelibus daturus ſit. Sed & ex pure Græcis locutionibus eſt una εφοβηθησαν φοβον μεγαν. Marc. 4 : 41. Hæc enim ipſa cum, teſte clar. Hombergk, occurrat in apolog. Socrat. apud aliosq; ; non igitur, quod multi volunt viri docti, inter Hebraicas ſed Græcas φρασεις eſt numeranda, licet cum Hebr. Jon. 1 : 10. *Et homines illi* ויראו יראה גדולה *timuerunt timorem magnum* conveniat accurate; & id quidem eo magis, quod ſimiles loquendi formulæ, ut vel ipſi Græcarum litterarum tyrones ſciunt, profanis ſcriptoribus, inprimis illis, qui Atticam ſectantur venuſtatem, admodum familiares ſunt, v. gr. δικαζειν δικας, πασχειν παθος, αμαρτανειν αμαρτημα, βȣλευεθαι βȣλην, &c. Μεμψιν δικαιαν μεμφομαι ταυτην, Ariſtoph. in Carione. Μηδεν τας χαριτας χαριζομενος, Iſocrat. ad Demon. in orat. med. Imo ipſis etiam Latinis peruſitatæ ſunt, ut certare certamen, vivere vitam,

Μιθριδατε πυλλανιδων αδεμαν εγνω. Idem. Et licet 3.) Hebr. אל quod Græcum εις est, & motum ad locum exprimit, nonnunquam quoque motum in loco, ut Græcum εν,

D 2 indi-

ludere lusum,&c. *Nam hunc scio, mea solide solum gavisurum gaudia.* Terent. Andr. act. 5. sceh. 5. *Magna voce juravi pulcerrimum & verissimum jusjurandum.* Cic. in epist. ad Metell. Græcæ hinc quoque extra omne dubium sunt phraseologiæ Αυξη την αυξησιν τε Θεε. Col. 2: 19. χαρα χαιρειν, Joh. 3: 19. confer. Luc. 22: 15. Matth. 13: 14. Quamvis enim, observante clar. Glassio, scriptores sacri veteris testamenti ita loquantur sæpiuscule, vide sis Gen. 30: 8. Num. 25: 11. 2. Sam. 13: 36. Esai. 4: 14. Zach. 3: 9. &c. faciunt tamen id quoque Græci classici, vide sis Scapul. append. pag. 13. Pfochenii diatrib. de puritate ling. Græc. N. T. pag. 162. seqq. Homb. parerga sacra pag. 92. Imo vero profani eodem modo, quo scriptores novi testamenti interdum dativum, ordinario autem accusativum ejusdem significationis verbis apponunt. Τη αυτε κινησει κινειϑαι, Demosth. Φλυαρειν Φλυαριαν. Plato in apol. Socr. videsis gramm. Græc. Halensem pag. 239. Græca vero quoque est, ni fallor, constructio: *Et ambo* προβεβηκοτες εν ταις ημεραις αυτων, *provecti jam erant ætate*, Luc. 1: 7. Quanquam enim eodem modo de Jehosua, morti vicino dicitur בא בימים Jos. 23: 1. & de aliis alibi; Hebraismus tamen ideo non dum est, quum nihil frequentius sit profanis hac locutione: Προβεβηκοτες τῃ ηλικια. Demosth. Προβεβηκως τω χρονω. Isocrat. orat. ad Philipp. confer. lexic. Scap. in voce προβαινω, & Calligraph. Posselii pag. m. 94. ubi videbis apud profanos non tantum participium προβεβηκως absolute positum, sed & cum dativo junctum notare hominem senem. Sed objicies forsan; Hebraismum non consistere in voce sola προβεβηκως, sed in compositione cum voce ημερα *dies* pro *ætate*: Ast respondeo, ipsos quoque profanos per ημεραν intelligere vitæ tempus, imo & ipsam ætatem hominis. Ημερα πρωτη *juventus.* Aristot. Rhet. 2. Nec satis scio, an Hebraismus sit, Matth. 5: 9. ὁτι αυτοι υιοι Θεε κληϑησονται *quoniam filii Dei vo-*

indicet: *Sepelite me cum patribus meis* אל המערה *ad speluncam illam*, h. e. in spelunca illa; confer. 1.Sam. 10:22. vel millenis tamen in locis apud Græcos scriptores quoque εις pro εν sumitur. Εις οικον εςι, *in domo vel domi est*.

cabuntur, h. e. filii Dei erunt, quia קָרָא vocavit apud Heb. eodem sensu accipitur, ut Esa. 47:3. & 56:7. Saltim Beza, citante Glassio, locum adfert ex Homer Jl. δ & clar. Hombergk tria ex Theocr. Idyll. 24. Callimach. hym. in Jov. & Hesiod. Theogon. (optarim etiam unum vel alterum ex oratore aut historico, quia philologi multi nonnisi scriptionem illorum admittunt in refutandis novi testamenti Hebraismis aut probandis illius Græcismis) in quibus καλεισθαι pro ειναι positum est. Et si fides habenda Scap. lexico, etiam χρηματιζειν *appellari* pro ειναι *esse* nonnunquam accipitur, sicut Rom. 7: 3. *Vivente marito* μοιχαλις χρηματισει *adultera vocabitur*, id est adultera fit. Minus vero Hebraismum agnosco in conjunctione conditionali ει *si* pro causali *quia*, *quod*, *siquidem* Actor. 4: 9. 1. Timoth. 5: 10. Hebr. 7: 15. &c. Sæpe enim apud profanos Græcos solutæ & ligatæ orationis ει idem est, quod οτι. Εχαιρον ει προσεχει. Demosth. Ει δε καλα πασι φανερα, και τα μηκαλα. *Siquidem honesta & turpia omnibus manifesta*, Euripid. Orest. Imo apud ipsos quoque Latinos eundem habet significatum. *Si* id est quia *similem rem in legem ire jussit Jupiter*. Plaut. in Amphit. *Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista*. Virgil. I. Georg. & apud ipsum Latinitatis principem Tullium plus semel, vide Nizol. thesaur. Cicer. Quid igitur opus est descendere ad Hebr. אם pro quia Genes. 23: 13. Job. 14: 5? Sed nec caussam video sonticam esse, cur multi Hebraismum statuant in voce ψυχη *anima* pro vita Luc. 12: 23. *Anima plus est quam cibus*. Quid enim profanis Græcis frequentius est, quam vitam vocare ψυχην? Περι της ψυχης κινδυνευοντι, *de vita periclitanti*. Thuc. l. 8. *Magnum ex ea fructum perceperunt, non quidem, quantum ad pecuniam*, αλλ' εις ψυχην *sed quoad vitam, quam servarunt facto suo*. Ælianus var.

est. Euripid. Orest. *Qui dixerat eum postridie coenaturum* εις Συρακουσας *in Syracusas*, h. e. *Syracusis*, Diodor. lib. 3. histor. Εις εκκλησιαν καθιζομαι *in concione sedeo.* Æschin. καταφρονεισθαι εις τα πολεμικα *contemni in rebus bellicis.* Xenoph.

histor. lib. 14. cap. 24. Ου γαρ εμοι ψυχης αντaξιον. *Non tanti æstimo, quanti vitam meam.* Homerus Iliad. γ. Et an non ipsi quoque Latini, Græcorum imitatores, per animam sæpe intelligunt vitam? Patriæ suæ hostem Catilinam apud Sallustium audi. *At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multo asperior, denique quid reliqui habemus, præter animam miseram.* Illud etiam festivum Juvenalis audi: I nunc & ventis animam committe dolato, Confisus ligno, digitos a morte remotus. Quattuor aut septem, si sit latissima teda. Propius Hebraismum videtur attingere, Matth. 2:20. phrasis tota ζητουντες την ψυχην *quærentes animam*, id est, insidiantes vitæ. Hæc enim utrum apud scriptores profanos integra occurrat, nescio, Hebraicæ autem בקשו נפשי Psal. 54:5. respondet apprime; quanquam cum vis maxima hujus phraseos non in voce ζητειν *quærere, appetere*, sed in ψυχη *anima* pro *vita* posita sit, ego illam pro Hebraica non temere cuiquam obtruserim. Sunt vero etiam nonnulli, qui Hebraismum negant esse in nom. σπλαγχνα *viscera* pro affectu tenerrimo amoris, misericordiæ & ευσπλαγχνος pro misericors seu ad miserandum pronus, Ephes. 4. & σπλαγχνιζομαι *summa misericordia afficior*, Matth. 9:36. Ast quia 1) duæ voces priores in eo sensu apud profanos Græcos non inveniuntur, quibus το σπλαγχνον, notat vel viscus in genere, vel cor in specie, vel muscum, ευσπλαγχνος vero idem est, quod animosus, fortis; 2) verbum σπλαγχνιζομαι plane ipsis ignotum est, misereri alicujus mox per ελεειν, mox per οικτειρειν, mox etiam οικτιζεσθαι reddentibus; minime igitur hic inter spurios, sed veros ac genuinos Hebraismos referendus est. Nam σπλαγχνα, quo LXX. usi sunt Proverb. 12:10. ipsum est Hebr. רחמים & σπλαγχνιζομαι exprimit radicem illius רחם. Jam vero Hebraismus omnis est phrasis, vel con-

Ex quo non inepte colligere mihi videor & argumentari, per multos etiam Hebraismos ibi ex ignorantia linguæ Græcæ, vel ex nimio Hebrææ amore statui, ubi revera non sunt. De-
prehen-

structio, vel unica etiam vox, nonnisi Hebræis usitata, apud profanos vero vel plane non, vel in eodem significatu non occurrens. Καρδια quidem nonnunquam pro animo aut affectu animi scriptoribus profanis, uti sacris, usurpatur: Καρδιαν μη εχειν, Plutarchus in apopht. Εκ καρδιας φιλειν, *ex animo diligere*. Aristoph. in Nub. (sicut cor etiam apud Latinos, hinc concors, vecors, esse alicui cordi) ita ut deciperetur, qui in eo Hebraismum quæreret, & ad לֵבָב respiceret; σπλαγχνον autem apud nullum Græcum, neque Poetam, neque Oratorem pro affectu amoris vel misericordiæ lego. Ceterum hoc ipsum σπλαγχνον multi derivant a σπλην Dor. σπλαν lien, ut ita totum nomen suum habeat a parte. Nos illud in medio relinquimus, quod etiam facere videtur clar. König, amicus noster & συνεργος in docenda juventute multo carissimus in Etymologico suo Helleno-Hebræo, in quo pro summa, qua pollet, linguarum orientalium juxta & occidentalium cognitione, pleraque linguæ Græcæ etyma ex oriente deduxit feliciter: quo quidem erudito labore ut sibi philologiæ & criticæ amatores valde devinxit; ita adhuc magis illos & ipsam quoque ecclesiam sibi devinciet, si doctas suas observationes meditationesque in sacram scripturam ex versionibus orientalibus in lucem proferet. Ex his vero omnibus sole meridiano clarius jam apparet, plena quidem esse Hebraicis & rabbinicis locutionibus evangelistarum & apostolorum scripta, suamque manifestare linguæ sanctæ ignorantiam, vel nimium prodere græcizandi studium, qui id revocabit in dubium: tot tamen non esse has ipsas locutiones Hebræas aut talmudicas, quot vulgo statuuntur a φιλεβραιοις, qui purissimam quamque Græcam φρασιν & constructionem, modo aliquam cum Hebraica rabbinicaque analogiam habeat & convenentiam, pro Hebraismo aut Chaldaismo venditare non dubitant. Nos media, quæ tutissima est, incedimus via, credentes, evangelistas & apo-

prehendet illud adhuc magis, qui profanos Græcos diligenter cum ſcriptoribus novi teſtamenti conferet. Tu interim vir clar. vale, & amore me tuo, quod facis, proſequere.

E muſeo 13. Calend. April. CIↃ IↃ CC XIII.

ſtolos, quia Hebræi fuerunt omnes, Hebraicis & patriis quoque in conſcribendo Nov. Teſt. uſos eſſe phraſeologiis & ſyntaxibus: quia vero ad Græcos ſcripſerunt, & cum Græcis etiam verſati ſunt ante, quam ſcripſerunt, inprimis Paulus, a variis etiam Græcorum locutionibus & conſtructionibus non abſtinuiſſe ſe, & id quidem usque adeo, ut nulla ſit Græcæ linguæ dialectus, cujus non clara ſe & luculenta in Nov. Teſtam. exerant veſtigia, quod erudite demonſtrat & plurimis confirmat exemplis Georgius Paſor, vir Græcæ pariter & Hebrææ linguæ peritiſſimus, in idea ſua de dialectis.

FINIS.

* *

Errores typographicos, qui irrepſerunt, ipſe corrigat benevolus lector.

Pels, Isaac
Clavem talmudicam
...
379050